



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 79. Turbæ in Germania

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

tur, ut junctis viribus & animis ad tam **Sæcul. XV.**  
salutare opus concurrere haud neglige- **A.C. 1458.**  
rent. Attamen Bessarion ob mutua Prin-  
cipum dissidia, ac jamjam imminens belli  
periculum adeo turbatam reperiebat re-  
rum faciem, ut nequidem alloquii co-  
piam nanciseretur.

### §. LXXIX.

#### *Turbæ in Germania.*

Prima dissidiorum caussa erat, quod Mat-  
thias Hungariæ Rex sacram coronam  
a Cæsare detentam sibi non restitui æ-  
gerrime ferret; hac enim, quamdiu in-  
signitus non esset, tamdiu juxta super-  
stitionem illius patriæ consuetudinem  
nunquam legitimam regni posses-  
sionem acquirere potuisset, sed nonnisi nu-  
dum Regis nomen gessisset.

Ex altera parte Podiebracius conti-  
nua, quæ Imperator clam, palamque  
indies contra stabile illius Regimen in  
Bohemia fovebat, molimina penitus erat  
pertæsus, atque omnibus Friderici exau-  
ctorationem suadentibus faciles aures  
præbebat. Præterea Albertus IV. Fri-  
derici frater, & Sigismundus I. Austriæ  
Dux ejusdem Patruelis, necnon Bavariæ  
Dux, Moguntinus, & Palatinus Rheni E-  
lectores, ac omnes ferme Germani ad-  
versus Cæsarem conspirabant. Quocir-

N n 4

ca

Sæcul. XV. ca coniurationis tempestas ob violentiam  
A. C. 1458. potentissimorum Principum, qui turma-  
tim confluxerant, usque adeo increverat,  
ut eorum furor jamjam Cæfaris capiti  
impendisset, nisi fortunæ subfido, ac  
Brandenburgensis Marchionis favore, qui  
conspirantium audaciæ pro viribus resi-  
stebat, ipse periculum evitasset, & ab exi-  
tio vix declinando liber evasisset.

## §. LXXX.

*Imperator Hungariæ & Bohemiæ  
Reges placare intentus.*

Equidem Imperator Matthiam & Po-  
diebracium sibi conciliabat; cum ho-  
rum primo Bohemiæ coronam redderet,  
alteri vero ampliora dare clam pollicere-  
tur. Praeprimis autem Podiebracio spo-  
pondit, quod in posterum nullo pacto  
eum in Regni sui possessione turbaturus,  
imò potius ipsi Pontificem, quem eidem  
minus propensum noverat, foret devin-  
cturus. His addidit Cæsar, quod tanta  
etiam solertia ejus commodis, utilitati-  
que apud facram Sedem servire velit, ut  
semper prohiberetur Pontifex, ne quic-  
quam Bohemici Regni juribus adversum  
moliri posset. Rebus ita a Friderico Cæ-  
fare compositis, coniurationis tempe-  
stas ita sedata est, ut jam totus Cæfaris  
furor in reliquos factionis socios fese atro-  
cius